Nos Petrus de Weschmunthow Judex et Joannes de Nawossowicze Subjudex Terrae Sendomiriens Gnles. Protestamur Universis, quibus expedit, praesentium per tenorem. Quomodo Nobilis. Dnus Mathias Abbas Monasterij Crucis de Calvo Monte cum suo Conventu coram judicio terrestri comparendo personaliter recognoverunt et se inscripserunt Villam Monasterij Sui, videlicet Miacicze cum omni jure et Dominio, cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, Censibus, Agris, campis, pratis, pascuis, gajis Rubetis cum laboribus cum decima cum sepy cum piscina dicta Gothew excepta Taberna ubi Smarz sedet Nobili Bartholomeo quondam, de Bielow Haeredi ad tempora vitae ejusdem Bartholomei et Uxoris ejus. et post morte eor eadem Villa, cum Omnibus rebus mobilibus et immobilibus pecoribus pecudibus et Equis debet reverti et pervenire ad Monasterium praefatum Et idem Dnus Abbas cum suo Conventu inscripserunt ipsi Dominae Helenae Consorti ejusdem Bartholomei in Duobus Annis ad tempora vitae ejus pellicium leporinum dare. Harum quibus in testimonium literae Sigilla nostra praesentibus sunt appensa Datt in Opathow Feria Quinta Ante festum S. Agnetis Ano Dni Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Primo praesentibus hiis Dnis videlicet Joanne de Ostrow, Marco de Choczimow Bandotha de Zwola, Joanne de Crumpsco, Jacuspio de ibidem.